

**V.** Dóminus regit me, et nihil mihi déerit. **R.** In loco páscuæ ibi me collocávit.

In omnibus feriis, dicitur sequens

**R. br.** Benedicam Dóminum \* In omni témpore. **Benedicam.** **V.** Semper laus eius in ore meo. In. **Glória Patri.** **Benedicam.**

**V.** Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.

**R.** In loco páscuæ ibi me collocávit.

#### AD NONAM

##### De antiphona

In dominicis per annum et omnibus feriis, antiphona de Psalterio.

In dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ, ut in Proprio de Tempore.

##### De capitulo

In dominicis per annum dicitur sequens

**Capitulum** 1 Cor. 6, 20

**E**mpti enim estis pretio magno. Glorificáte et portáte Deum in corpore vestro.

In dominicis autem Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ, ut in Proprio de Tempore.

In omnibus feriis, dicitur cotidie sequens

**Capitulum** 1 Petri 1, 17-19

**I**n timóre incolátus vestri témpore conversámini: sciétes quod non corruptibilibus auro vel argénto redéempti estis, sed pretiósó sáanguine

quasi Agni immaculáti Christi.

##### De responsorio brevi

In omnibus dominicis, dicitur sequens

**R. br.** Clamávi in toto corde meo: \* Exáudi me, Dómine. **Clamávi.** **V.** Iustificatiónes tuas requíram. **Exáudi.** **Glória Patri.** **Clamávi.**

**V.** Ab occúltis meis munda me, Dómine.

**R.** Et ab aliénis parce servo tuo.

In omnibus feriis, dicitur sequens

**R. br.** Rédime me, Dómine, \* Et miserére mei. **Rédime.** **V.** Pes enim meus stetit in via recta. **Et.** **Glória Patri.** **Rédime.**

**V.** Ab occúltis meis munda me, Dómine.

**R.** Et ab aliénis parce servo tuo.

#### AD VESPERAS

##### De capitulo

In dominicis et feriis per annum, ut in Psalterio.


In dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ, ut in Proprio de Tempore.

##### De hymno et versu

In Officio tam dominicali quam feriali, ut in Psalterio.

##### De precibus

Preces, quando dicendæ occurrunt, ut supra ad Laudes 691.



## PSALTERIUM BREVIARII ROMANI

PER OMNES AC SINGULOS  
HEBDOMADAE DIES DISPOSITUM

### DOMINICA

#### AD MATUTINUM

**V.** Dómine, lábia mea.  
**V.** Deus, in adiutórium.  
Glória Patri. Sicut erat.  
Allelúia, **vel** Laus tibi.

#### TEMPORE ADVENTUS

In dominica I et II:

**Invit.** Regem ventúrum Dóminum, \* Veníte, adorémus.

In dominica III et IV:

**Invit.** Prope est iam Dóminus: \* Veníte, adorémus.

In vigilia Nativitatis Domini:

**Invit.** Hódie sciétes, quia véniet Dóminus: \* Et mane vidébitis glóriam eius.

#### Hymnus

**V**erbum supérnum, pródiens  
e Patris ætérni sinu,  
qui natus orbi súbvenis,  
labénte cursu témporis:

**I**llúmina nunc pécтора,  
tuóque amóre cóncrema;  
ut cor cadúca désereus  
cæli volúptas ímpleat.

**U**t, cum tribúnal Iúdicis  
damnábit igni nóxios,  
et vox amíca débitum  
vocábit ad cælum pios;

**N**on esca flammárum nigros  
volvámur inter túrbines,  
vultu Dei sed cómpotes  
cæli fruámur gáudiis.

Patri, simúlque Filio,  
tíbbique, Sancte Spíritus,  
sicut fuit, sit iúgiter  
sæclum per omne glória.  
Amen.

PER ANNUM ET TEMP. SEPT.

*In dominicis post Epiphaniam a die 14 Ianuarii et deinceps ante Septuagesimam occurrentibus dicitur*

**Invit.** Adorémus Dóminum,  
\* Quóniam ipse fecit nos.

*In dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ dicitur*

**Invit.** Præoccupémus faci-  
em Dómini: \* Et in psalmis  
iubilémus ei.

*In primo autem psalmi 94 versu omittitur: præoccupémus faciem eius in confessióne, et in psalmis iubilémus ei; et repetitur a choro invitatorium.*

*In omnibus vero dominicis superioribus indicatis dicitur*

### Hymnus

**P**rimo die, quo Trinitas  
beáta mundum cóndidit,  
vel quo resúrgens Cónditor  
nos, morte victa, liberat:

Pulsis procul torpóribus,  
surgámus omnes ócius,  
et nocte quærámus Deum,  
Prophéta sicut præcipit:

Nostras preces ut áudiat,  
suámque dextram pórrigat,  
et expiátos sórdibus  
reddat polórum sédibus:

Ut, quique sacratíssimo  
huius diéi témpore

horis quiétis psállimus,  
donis beátis múneret.

**I**am nunc, patrérna cláritas,  
te postulámus áffatim:  
Absint faces libídinis,  
et omnis actus nóxius.

**N**e fœda sit, vel lúbrica  
compágo nostri córporis,  
ob cuius ignes ígnibus  
avérnus urat ácrius.

**M**undi Redémptor, quæsu-  
mus,

tu probra nostra díluas;  
nobisque largus cómmoda  
vitæ perénnis cónferas.

**P**ræsta, Pater piíssime,  
Patrítique compar Unice,  
cum Spíritu Paráclito  
regnans per omne sæculum.  
Amen.

TEMP. QUADRAGESIMÆ

**Invit.** Non sit vobis vanum  
mane súrgere ante lucem: \*  
Quia promísit Dóminus co-  
rónam vigilántibus.

### Hymnus

**E**x more docti mýstico  
servémus hoc ieiúnium,  
deno diérum circulo  
ducto quater notíssimo.

**L**ex et Prophétæ primitus  
hoc prætulérunt, póstmodum  
Christus sacrávit, ómnium  
Rex atque Factor témporum.

**U**támur ergo párcius  
verbis, cibis et pótibus,

somno, iocis, et árcius  
perstémus in custódia.

**V**itémus autem nóxia,  
quæ súbruunt mentes vagas:  
nullúmque demus cáldidi  
hostis locum tyránnidi.

**F**lectámus iram vídicem,  
plorémus ante Iúdicem,  
clamémus ore súplici,  
dicámus omnes cérnui:

**N**ostris malis offéndimus  
tuam, Deus, cleméntiam:  
effúnde nobis désuper,  
remissor, indulgéntiam.

**M**eménto quod sumus tui,  
licet cadúci, plásmatis:  
ne des honórem nóminis  
tui, precámur, álteri.

**L**axa malum, quod fécimus,  
auge bonum, quod póscimus,  
placére quo tandem tibi  
possímus hic, et pérpetim.

**P**ræsta, beáta Trinitas,  
concéde, simplex Unitas;  
ut fructuósa sint tuis  
ieiuniórum múnera. Amen.

TEMPORE PASSIONIS

**Invit.** Hódie, si vocem eius  
audiéritis, \* Nolite obdurá-  
re corda vestra.

*In quarto psalmi 94 versu non dicitur: Hódie, si vocem eius audiéritis: Nolite obdurare corda vestra; sed, post repetitum a choro invitatorium, statim subiungitur: Sicut in exacerbatióne.*

*In fine autem huius psalmi non dicitur Glória Patri, quando fit Offi-*

*cium dominicæ; sed repetitur invitatorium, ut alias, in fine.*

### Hymnus

**P**ange, lingua, gloriósi  
láuream certáminis,  
et super Crucis trophæo  
dic triúmphum nóbilem:  
quáliter Redémptor orbis  
immolátus vícerit.

**D**e paréntis protoplásti  
fraude Factor cóndolens,  
quando pomi noxiális  
in necem morsu ruit:  
ipse lignum tunc notávit,  
damna ligni ut sólveret.

**H**oc opus nostræ salútis  
ordo depopóscerat;  
multifórmis proditóris  
ars ut artem fálleret,  
et medélam ferret inde,  
hostis unde læserat.

**Q**uando venit ergo sacri  
plenitúdo témporis,  
missus est ab arce Patris  
Natus, orbis Cónditor;  
atque ventre virgináli  
carne amíctus pródiit.

**V**agit infans inter arcta  
cónditus præsepia:  
membra pannis involúta  
Virgo Mater álligat:  
et Dei manus pedésque  
stricta cingit fáschia.

**S**empitérna sit beátæ  
Trinitáti glória,  
æqua Patri, Filióque;  
par decus Paráclito:  
Unius Trínique nomen  
laudet univérsitas. Amen.

## TEMPORE PASCHATIS

Tempore Ascensionis invit. et  
hymnus ut in Proprio de Tempore  
578.

**Invit.** Surréxit Dóminus  
vere, \* Allelúia.

## Hymnus

**R**ex sempitérne Cælitum,  
rerum Créator ómnium,  
æquális ante sæcula  
semper Parénti Fílius:

Nascénte qui mundo Faber  
imáginem vultus tui  
tradens Adámo, nóbilem  
limo iugásti spíritum.

Cum livor et fraus dáemonis  
fædásset humánum genus:  
tu, carne amíctus, pérditam  
formam refórmas ártifex.

Qui, natus olim e Vírgine,  
nunc e sepúlcro násceris,  
tecúmque nos a mórtuis  
iubes sepúlto súrgere.

Qui, Pastor ætérnus, gregem  
aqua lavas baptísmatis:  
hæc est lavácrum méntium:  
hæc est sepúlcrum crimi-  
num.

Nobis diu qui débitæ  
Redémptor affixus Cruci,  
nostræ dedísti pródigus  
prétium salútis sánguinem.

Ut sis perénne méntibus  
paschále, Iesu, gáudium,  
a morte dira críminum  
vitæ renátos libera.

Deo Patri sit glória,  
et Fílio, qui a mórtuis  
surréxit, ac Paráclito,  
in sempitérna sæcula. Amen.

## Ad Nocturnum

In Adventu:

**Ant. 1** Véniet ecce Rex \* ex-  
celsus cum potestáte magna  
ad salvándas gentes, allelúia.

Extra Adventum et tempus pas-  
chale:

**Ant. 1** Beátus vir, \* qui in  
lege Dómini meditátur.

Tempore Paschatis:

**Ant.** Allelúia, \* lapis revolú-  
tus est, allelúia: ab óstio  
monuménti, allelúia, alle-  
lúia.

Tempore Ascensionis:

**Ant.** Allelúia, \* allelúia, alle-  
lúia.

Tempore paschali sub una tantum  
antiphona dicuntur novem psal-  
mi.

## Psalmus 1

**B**eátus vir, qui non ábiit  
in consílio impiórum,  
et in via peccatórum non  
stetit, \* et in cathedra pesti-  
lentiæ non sedit:

Sed in lege Dómini volún-  
tas eius, \* et in lege eius me-  
ditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum,  
quod plantátum est secus  
decúrsus aquárum, \* quod  
fructum suum dabit in tém-  
pore suo:

## Psalmus 2

Et fólium eius non défluet:  
\* et ómnia quæcúmque fá-  
ciat, prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic; \* sed  
tamquam pulvis, quem pró-  
icit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgerent ímpii in  
iudicio: \* neque peccatóres  
in concílio iustórum.

Quóniam novit Dóminus  
viam iustórum: \* et iter im-  
piórum peribit.

Glória Patri, et Fílio, \* et  
Spíritui Sancto.

Sicut erat in principio, et  
nunc et semper, \* et in sæ-  
cula sæculórum. Amen.

Hic versus Glória Patri semper  
dicitur in fine omnium psalmo-  
rum et canticorum, nisi aliter no-  
tetur.

In Adventu:

**Ant.** Véniet ecce Rex excél-  
sus cum potestáte magna ad  
salvándas gentes, allelúia.

**Ant 2** Confortáte \* manus  
dissolútas: confortámini, dí-  
cite: Ecce Deus noster vé-  
niet, et salvábit nos, alle-  
lúia.

Extra Adventum et tempus pas-  
chale:

**Ant.** Beátus vir, qui in lege  
Dómini meditátur.

**Ant. 2** Servíte Dómino \* in  
timóre: et exsultáte ei cum  
tremóre.

**Q**uare fremuérunt gentes,  
\* et pópuli meditáti  
sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, et  
príncipes convenérunt in  
unum \* advérsus Dómi-  
num, et advérsus Christum  
eius.

Dirumpámus víncula eo-  
rum: \* et proiciámus a no-  
bis iugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridé-  
bit eos: \* et Dóminus sub-  
sannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira  
sua: \* et in furóre suo con-  
turbábit eos.

Ego autem constitútus sum  
Rex ab eo super Sion mon-  
tem sanctum eius, \* prædi-  
cans præcéptum eius.

Dóminus dixit ad me: \*  
Fílius meus es tu, ego hódie  
génui te.

Póstula a me, et dabo tibi  
gentes hereditátem tuam, \*  
et possessionem tuam tér-  
minos terræ.

Reges eos in virga férrea, \*  
et tamquam vas figuli con-  
fringes eos.

Et nunc, reges, intelligíte: \*  
erudímini, qui iudicátis  
terram.

Servíte Dómino in timóre: \*  
et exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam,  
nequándo irascátur Dómi-  
nus, \* et pereátis de via iusta.

Cum exárserit in brevi ira eius, \* beáti omnes qui confidunt in eo.

In Adventu:

**Ant.** Confortáte manus dissolutas: confortámini, dicite: Ecce Deus noster véniet, et salvábit nos, allelúia.

**Ant. 3** Gaudéte omnes, \* et lætámini: ecce, quia véniet Dóminus uliónis, addúcet retributióem: ipse véniet, et salvábit nos.

Extra Adventum et tempus paschale:

**Ant.** Servíte Dómino in timóre: et exsultáte ei cum tremóre.

**Ant. 3** Exsúrge, \* Dómine, salvum me fac, Deus meus.

### Psalmus 3

**D**ómine, quid multiplicáti sunt qui tribulant me? \* multi insúrgunt advérsus me.

Multi dicunt ánimæ meæ: \* Non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem, Dómine, suscep-tor meus es, \* glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: \* et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum: \* et exsurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo mília pópuli

circumdántis me: \* exsúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa: \* dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus: \* et super pópulum tuum benedictio tua.

In Adventu:

**Ant.** Gaudéte omnes, et lætámini: ecce, quia véniet Dóminus uliónis, addúcet retributióem: ipse véniet, et salvábit nos.

**Ant. 4** Gaude et lætáre, \* filia Ierúsalem: ecce, Rex tuus véniet tibi: Sion, noli timére, quia cito véniet salus tua.

Extra Adventum et tempus paschale:

**Ant.** Exsúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus.

**Ant. 4** Quam admirábile \* est nomen tuum, Dómine, in univérsa terra!

### Psalmus 8

**D**ómine, Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, \* super caelos. Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem

propter inimícos tuos, \* ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo caelos tuos, ópera digitórum tuórum: \* lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es eius? \* aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum: \* et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pedibus eius, \* oves et boves univérsas: insuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, \* qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, \* quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

In Adventu:

**Ant.** Gaude et lætáre, filia Ierúsalem: ecce, Rex tuus véniet tibi: Sion, noli timére, quia cito véniet salus tua.

**Ant. 5** Rex noster \* advéniet Christus, quem Ioánes prædicávit Agnum esse ventúrum.

Extra Adventum et tempus paschale:

**Ant.** Quam admirábile est nomen tuum, Dómine, in univérsa terra!

**Ant. 5** Sedísti super thronum, \* qui iúdicas iustítiam.

### Psalmus 9, i

**C**onfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: \* narrábo ómnia mirabilia tua.

Lætábor et exsultábo in te: \* psallam nómini tuo, Altíssime,

In converténdo inimícum meum retrórsus: \* infirmabúntur, et peribunt a fácie tua.

Quóniam fecísti iudícium meum et causam meam: \* sedísti super thronum, qui iúdicas iustítiam.

Increpásti gentes, et périit impius: \* nomen eórum delésti in ætérnum, et in sæculum sæculi.

Inimíci defecerunt frámeæ in finem: \* et civitátes eórum destruxísti.

Périit memória eórum cum sónitu: \* et Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in iudício thronum suum: \* et ipse iudicábit orbem terræ in æquitáte, iudicábit pópulos in iustítia.

Et factus est Dóminus refúgium páuperi: \* adiútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te qui novérunt nomen tuum: \* quóniam non dereliquísti quæréntes te, Dómine. – Gl.

In Adventu:

**Ant.** Rex noster advéniet Christus, quem Ioánes prædicávit Agnum esse ventúrum.

**Ant. 6** Ecce, vénio \* cito et merces mea mecum est, dicit Dóminus: dare unicuíque secúndum ópera sua.

Extra Adventum et tempus paschale:

**Ant.** Sedísti super thronum, qui iúdicas iustítiam.

**Ant. 6** Exsúrge, Dómine, \* non præváleat homo.

### Psalmus 9, ii

**P**sállite Dómino, qui hábitat in Sion: \* annuntiáte inter gentes stúdia eius:

Quóniam requírens sánguinem eórum recordátus est: \* non est oblítus clamórem páuperum.

Miserére mei, Dómine: \* vide humilitátem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis, \* ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis filíæ Sion.

Exsultábo in salutári tuo: \* infixæ sunt gentes in intériu, quem fecérunt.

In láqueo isto, quem abscondérunt, \* comprehénsus est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus iu-

dícia fáciens: \* in opéribus mánuum suárum comprehénsus est peccátor.

Convertántur peccatóres in inférnum, \* omnes gentes quæ obliviscúntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit páuperis: \* paciéntia páuperum non períbit in finem.

Exsúrge, Dómine, non confortétur homo: \* iudicéntur gentes in conspéctu tuo.

Constitúe, Dómine, legislatórem super eos: \* ut sciant gentes quóniam hómnes sunt.

In Adventu:

**Ant.** Ecce, vénio cito et merces mea mecum est, dicit Dóminus: dare unicuíque secúndum ópera sua.

**Ant. 7** Gábriel Angelus \* locútus est Mariæ, dicens: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu inter mulieres.

Extra Adventum et tempus paschale:

**Ant.** Exsúrge, Dómine, non præváleat homo.

**Ant. 7** Ut quid, Dómine, \* recessísti longe? †

### Psalmus 9, iii

**U**t quid, Dómine, recessísti longe, \* † déspicis

in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum superbit impius, incénditur pauper: \* comprehendúntur in consiliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ suæ: \* et iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor, \* secúndum multitudinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspéctu eius: \* inquinátæ sunt viæ illíus in omni témpore.

Auferúntur iudicia tua a fácie eius: \* ómnium inimicórum suórum dominábuntur.

Dixit enim in corde suo: \* Non movébor a generatióne in generatióne sine malo.

Cuius maledictiόne os plenum est, et amaritudíne, et dolo: \* sub lingua eius labor et dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occúltis, \* ut interficiat innocéntem.

Oculi eius in páuperem respiciunt: \* insidiátur in abscondito, quasi leo in spelúnca sua.

Insidiátur ut rápiat páuperem: \* rápere páuperem, dum átrahit eum.

In láqueo suo humiliábit eum: \* inclinábit se et cadet, cum dominátus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde suo: Oblítus est Deus, \* avértit fáciem suam ne vídeat in finem.

In Adventu:

**Ant.** Gábriel Angelus locútus est Mariæ, dicens: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu inter mulieres.

**Ant. 8** Mariá dixit: \* Putas qualis est ista salutatio, quia conturbata est ánima mea, et quia paritura sum Regem, qui claustrum virginitatis meæ non violábit?

Extra Adventum et tempus paschale:

**Ant.** Ut quid, Dómine, recessísti longe?

**Ant. 8** Exsúrge, \* Dómine Deus, exaltétur manus tua. †

### Psalmus 9, iv

**E**xsúrge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: \* † ne obliviscáris páuperum.

Propter quid irritávit impius Deum? \* dixit enim in corde suo: Non requíret.

Vides quóniam tu labórem et dolórem consíderas: \* ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est pauper: \* órphano tu eris adiutor.

Cóntere bráccium peccatóris et maligni: \* quærétur peccátum illíus, et non inveniétur.

Dóminus regnabit in ætérnum, et in sæculum sæculi: \* peribitis, gentes, de terra illius.

Desidérium páuperum exaudivit Dóminus: \* præparatióem cordis eórum audivit auris tua.

Iudicáre pupillo et húmili, \* ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

In Adventu:

**Ant.** María dixit: Putas qualis est ista salutatio, quia conturbata est ánima mea, et quia paritura sum Regem, qui claustrum virginitatis meae non violabit?

**Ant. 9** In adventu \* summi Regis mundentur corda hóminum, ut digne ambulémus in occursum illius: quia ecce veniet, et non tardabit.

Extra Adventum et tempus paschale:

**Ant.** Exsurge, Dómine Deus, exaltetur manus tua.

**Ant. 9** Iustus Dóminus, \* et iustitiam diléxit.

### Psalmus 10

**I**n Dómino confido: quomodo dicitis animae meae: \* Trásmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in phá-

etra, \* ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quóniam quae perfecisti, destruxérunt: \* iustus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, \* Dóminus in caelo sedes eius:

Oculi eius in páuperem respiciunt: \* pálpebrae eius interrogant filios hóminum.

Dóminus interrogat iustum et ípium: \* qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: \* ignis, et sulphur, et spíritus procellarum pars cálicis eórum.

Quóniam iustus Dóminus, et iustitias diléxit: \* aequitatem vidit vultus eius.

In Adventu

**Ant.** In adventu summi Regis mundentur corda hóminum, ut digne ambulémus in occursum illius: quia ecce veniet, et non tardabit.

**V.** Ex Sion species decóris eius. **R.** Deus noster manifeste veniet.

Extra Adventum et temp. pasch.

**Ant.** Iustus Dóminus, et iustitiam diléxit.

Per annum et tempore Septuagesimae:

**V.** Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo. **R.** Ut meditárer elóquia tua, Dómine.

Tempore Quadragesimae:

**V.** Ipse liberávit me de láqueo venántium. **R.** Et a verbo áspero.

Tempore Passionis:

**V.** Erue a frámea, Deus, animam meam. **R.** Et de manu canis unicam meam.

Tempore Paschatis

**Ant.** Allelúia, lapis revolútus est, allelúia: ab óstio monumenti, allelúia, allelúia.

**V.** Surrexit Dóminus de sepúlcro, allelúia. **R.** Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Tempore Ascensionis

**Ant.** Allelúia, allelúia, allelúia.

**V.** Ascéndit Deus in iubilatione, allelúia. **R.** Et Dóminus in voce tubae, allelúia.

Reliqua ut in Ordinario 641.

## AD LAUDES

### I

In omnibus dominicis, præterquam a Septuagesima usque ad dominicam II Passionis seu in Palmis inclusive.

**V.** Deus, in adiutorium. Glória Patri. Sicut erat. Allelúia.

In Adventu: Antiphonae de Laudibus dominicae currentis, ut in Proprio de Tempore.

Extra Adventum et temp. pasch.

**Ant. 1** Allelúia, \* Dóminus regnavit, decórem induit, allelúia, allelúia.

Tempore paschali

**Ant.** Allelúia, \* allelúia, allelúia.

Sub qua sola antiphona Allelúia dicuntur omnes psalmi cum cantico.

### Psalmus 92 1

**D**óminus regnavit, decórem indútus est: \* indútus est Dóminus fortitudinem, et præcínxit se. Etenim firmávit orbem terrae, \* qui non commovébitur.

Parata sedes tua ex tunc: \* a saeculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine: \* elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, \* a vóribus aquarum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: \* mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: \* domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitudínem diérum.

**Ant.** Allelúia, Dóminus regnavit, decórem induit, allelúia, allelúia.

**Ant. 2** Iubiláte \* Deo, omnis terra, allelúia.